



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Commvnio Sanctorvm. In Eccesia [!] Catholica**

Fide & praxi frequentata. Catholicis ad devotionem. Aatholicis ad  
informationem. Proposita Ex PP. Soc. Jesu

**Coloniae, 1654**

S. Antonius de Padua. S. Felicola V. M. S. Peregrinus Ep M. 13. Jun.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44916**

Antonius de Padua. S. Felicola V. M.  
S. Peregrinus Ep. M. 13. Jun.



*Studium perfectionis.*

Non potest virtus cum vitiis pariter  
crescere, putetur cupiditas, ut virtus  
roboretur. *Bern.*

Ecclesiam tuam Deus B. Antonii  
conf. tui (S. Felicolæ: S. Peregrini) so-  
lemnitas votiva lætificet, ut spirituali-  
bus semper muniatur auxiliis & gau-  
diis perfruatur æternis Per D. N. Iesum  
Christum. &c.

**Ora pro concionatoribus, &**

v. S. Antonius de Padua Conf. ord.  
Minorum, ad prædicandum missus,  
tantum ea gratia præstitit vt eum sū-  
mus Pontifex Arcam Testamenti ap-  
pellarit. idem hæreses perpetuo insec-  
tatus primus suorum studia Bononiæ  
præses curauit, vt scientijs instructi  
ad pessundenda Vitia validius assur-  
gere valerent. Obijt A 1231.

2. S. Felicola V. & M. Romana, cum  
Flacco nubere nollet, nec idolis im-  
molare, tradita est Iudici, qui eam in  
Christi Confessione persistentem  
post tenebricosum carcerem & famis  
inediã equuleo torqueri iussit, quo &  
animam sponso suo Christo reddidit.

3. S. Peregrinus Epif. & M. in pelig-  
nis floruit temporibus S. Gregorij Pa-  
pæ. Is in vrbe sua falsa suspitione à  
Tyrannis grauatus & occisus inque  
mare est deiectus, Angelorum cura  
corpus Atrianum reductū in honore  
haberi cæptum.